



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 13. Legatio Tartarorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

**Sæcul.XIII.** subsidium ei tanquam Legato dari soli-  
 A.C.1278. tum augere jussit, ut hic novam dignita-  
 tem suam sustinendo par esset. Hiero-  
 nymus tamen hoc additamentum re-  
 nuens, dignitatem ipsam non accepit ni-  
 si metu offendendi Ordinem suum. Sed  
 quia illum Papa Cardinalem efficiens Fra-  
 trum Minorum Ministrum *antehac* Gene-  
 ralem nominabat, ille se Ordinis Præfe-  
 ctura liberatum credidit, novoque Papæ  
 mandato fuit opus, ut muneris functio-  
 nes prosequeretur. Papa Nicolaus e-  
 stiam Jordanum de Ursinis fratrem suum  
 1277. n. 58. puritate morum spectabilem Cardinalem  
*J. Villani.* Diaconum tit. S. Eustachii, ac denique  
*I.7. c.54.* Jacobum Columnam magnæ virtutis &  
 maturitatis virum designavit Cardinalem  
 Diaconum tit. S. Mariae *in via lata*. Id  
 egit rogante Joanne, Columnarum fami-  
 liæ capite, cognato suo, ut ista Ursino-  
 rum prosapiæ suppetias ferret contra An-  
 nibaldos ipsius inimicos, cum antea hos  
 adjuvisset. Ecce novem Cardinales 12  
 Martii an. 1278 renunciatos.

## §. XIII.

*Legatio Tartarorum.*

**H**aud multo post Papa remisit Legatos  
 Abagæ Tartarorum Cani, a Papa  
**Rayn.1278.** Joanne XXI receptos. Anno 1276 in  
 n. 17. Franciam delati, cum Rex Philippus sa-  
 cram

cram induisset crucem, nationis suæ au- Sæcul. XIII.  
xilium ei promiserant, si contra Sarrace- A.C. 1278.  
nos in Syriam moveret. Verum dubi-  
tabat Gallia, verine Legati, an explora-  
tores essent: non enim Tartari, sed Geor-  
giani erant Christiani, Tartaris plane ob-  
noxii. Papa tamen hanc Legationem  
serio accepisse videtur ex epistola ad A-  
bagam 1 April. an. 1278 scripta, in qua  
ei sanam religionem suadet, Tartaros Chri-  
sto adjungendi gratia quinque Fratres  
Minores mittens, Gerardum Pratanum, Vading.  
Antonium Parmensem, Joannem a S. A- 1278. n. 10.  
gatha, Andream Florentinum, & Mat-  
thæum Aretinum, quibus amplam fecit  
potestatem, præsertim tollendi censuras,  
absolutiones dandi, ac legum gratiam fa-  
ciendi. Sed effectus hujus missionis non *ibid. n. XI.*  
cernimus, et si legamus, Fratrum Mino-  
rum opera multos circa Hungariam Tar-  
taros ad Christi cultum adductos esse, ita,  
ut Papa Episcopum ibi constituendum  
duceret.

#### §. XIV.

##### *Discordia inter Christianos Orientis.*

Belli sacri successus aliquis sperari po-  
tuisset, si Christiani minus inter se  
discrepasse. Sed Principes Europæ  
contra se mutuo armati erant, & Franci  
trans-

Nang. Chr.  
1276.